Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ct lxx

phemam. & obsequam. Tanquam purgamenta hui mundi
facti sum. omnium pessima usque adhuc. Non ut confundam
uos hec scribo. sed ut filios meos karos moneo. Quia in deo nro.
Iustorum aie in manu dei sunt. & non tanget t sapiencie
illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipiencium mori.
& estimata est afflictio exitus illorum. & quod a nobis est iter exi
minis. illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormen
ta passi sunt. spes illorum immortalitate plena est. In paucis
uexati. in multis bene disponentur. quoniam deus tentauit illos. &
inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit
illos. & quasi holocausta accepit illos. et in tempore erit
respectus illorum. fulgebunt uisti. & tanquam scintille in harun
dineto discurrent. Iudicabunt nationes. & dominabuntur
populis. & regnabit dominus illorum in perpetuum. at s apiencie
Qui in deo uuerent. & apud dominum est merces eorum. & co
gitacio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris
& diadema speciei de manu domini. quoniam dextera sua teget eos.
& brachio suo sancto suo defendet illos. Accipient armaturam
zelus illi. et armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induet p
thorace iusticia. & accipient pro galea iudicium certum. Sumet
scutum inexpugnabile equitatis. ibunt directe pro missiones.
Et ad certum locum deducet illos dominus deus nr. t Sapiencie
Expectacio iustorum letitia. spes autem impiorum peribit. Sorti
cudo simplicis via domini. & pauor his qui operantur malum.
Iustus in eternum non commouebitur. impii autem non habitabunt
in terra. Os iusti parturiet sapienciam. lingua prauorum peribit.
Labia iusti considerant placita. os impiorum perusa. Simplicitas
iustorum diriget eos. & supplantacio perusorum uastabit illos